

nostrum manet, optarim editis prius strenuitatis nostræ documentis, uterç in alterius conspectu, & eodem temporis momento mortem ut oppetamus illustrem summa animi æquitate. Interim peruelim scire, si quando forte tibi scribere huiuscmodi uacabit, ad equestrem ne pugnā an pedestrem potius te compares: ut & ego quoç tecum Tyrocinium eodem genere faciam. æque enim (ut spero) natura ad utrunc me genus accommodauit. Ioannes Baptista Sanga has literas me scribente, uisendi causa ad me uenit: istinc rediens, ut aiebat. Is à me contendit, ut te uerbis suis salutarem, à quo multa comitate adiutum se esse nō obscure ferebat. Quod ei me facturum ideo recepi, q quantum ex congressu primore & breui colloquio coniçere potui, doctus est & honestus. Velim uti Paceum tuum meumq uerbis meis salutes, ad quem per Legatos & per Beraldum scripsi. Vale mi Oxymore, μάλλον δὲ μωρός σοφε, καὶ ἐντυχών διατέλε. Parisijs, postridie natalis diue Dei paræ. M. quingentesimo. XVIII.

GVLIELMVS BVDAEVS THO  
MAE LINACRO S.



Eddite sunt mihi literæ tuæ pridie nonas Iulias benevolentiae atq; humanitatis plenæ, ab eo qui mihi annulos tuos obtulerat, iuuenesane docto, atq; indolem ingenuā præse ferente. Quibus (ut opinor) literis impræsentiarum respondissem, nisi iam ocreatus eas uiatoriaç indutus accepisse, mox equum admissus. Siquidem ab earum lectione tanta sum hilaritate perfusus, ægre ut mihi temperarim, quin stili officio certare tecum protinus contenderem. tametsi uidebam effusam à te tam pleno pectore, nec inani manu gratiam, ut eam

æquiparare, quis ambitiosa & enixa rescribendi contencione desperarem. Nam quod ad antidora pertinet, honori munificentiae tuæ cedere nunc necesse est: ut utar uerbo Maroniano. Cum igitur domum redijssem, nihil antis quius habui quām ut epistolæ tuæ rescriberem. Id demū autem molestum fuit, quod epistolæ tuæ gratiæ cessurum etiam me uidebam:qua in re à nemine uinci æquo animo patior: duntaxat quod ad officij uices exhibendas pertinet. Verū ex literis tuis intellexi, magnopere te anxiū esse de rependenda mihi benevolentia & obsequio: cum ob librum de Asse à me tibi donatum, tum cū tu hic eras in Reginæ Mariæ comitatu, tum uero ob impensam à me operam in recognitione lucubrati à te nuper operis. Hic etsi perdere initam à te gratiam uerum fatendo periclitor, cedere tamen conscientię cogor: cui nunq̄ ipsi ita par esse potui, ut ueritatis confessionem à me non expresserit, cū id quidem tulit ratio ingenuæ probitatis. Erras mi Linacer, erras inquam, si tu donum illud gratuitum fuisse putas, librumq̄ meum te tulisse ob salutem datam uicissim & acceptam: cum primum in sermonē uenimus unā (etiam si congressum primum, & appellandi benignitatem ea in te agnoui, quæ amicitiam cuiusvis boni uiri promereret contra obsequium ullum possint) hac mercede patrocinium tuum lucubrationibus meis tacita stipulatione surdaq; paciscebar: hoc munusculo auctoritatis tuæ suffragium pignorari mihi uidebar: uel liber ipse meus potius in fidem tuam uerbis meis se conferre. Magnopere enim pertinere ad libri à me elaborati indicaturam existimabam, si tantam ei aduocationem in Britannia emereret, clarissima iā prouincia elegantium quoq; literarum nomine. Proinde si iam eum librum acceptum, liberalitati meæ ac gratiæ tuæ tulisti, per me licet in aliam quamuis paginam tabularum tuarum ut transcribas: non q; munerum reposcitor

uideri non uerear, sed quod te admonitum officij tui ue-  
lim, quaç lege acceperis munus id, meminisse. At enim  
librum de Sanitate tuenda à te uersum ut legerem, & tibi  
quoquo modo obsequerer, nec laboris nec temporis rati-  
onem habui: quasi uero in hoc tibi operam potius q̄ mihi  
ac literis dederim, aut id tibi tempus gratuitum donarim,  
in quo quantum ipse proficerim, me nunq̄ pœnitabit. Qz  
si quid fortasse interim uidi, quod tu in p̄prio, ut fit, ope-  
re non animaduerteras (id quod uix mihi persuadeo, qui  
te tam circūspectum interpretem, tamq̄ exactum, ησή πάν-  
τη πάντως ἀπηκριθεμένος uideam) non tam id sanè mihi obse-  
quiosa lectionis intentio (rursus eī ab eadem simplicita-  
te ingenij uerū tibi fatebor) q̄ æmula quædā cōtentiu-  
la indicauit: ne tu mihi scilicet undiq̄ perplaceres, cui tot  
in proprijs scriptis incōmode dicta absurdaque uident̄. Mi-  
hi adeo quū ea ex interuallo recenserem, quæ in libro tuo  
adnotauerā, calumniā planè olere, atq̄ etiā sycophanticā  
obseruationē uidebant̄, ut nōnūq̄ suppuderet manu esse  
mea adnotata: q̄q̄ ea adnotamenta dici non possunt, quæ  
priuatim in charta una mea perscripsi. Arrogantiæ enim  
plenum fuisset aliquid me libro tuo ascribere, ut citra pro-  
uocationē iudicat̄, Criticiq̄ iuris usurpatio. Ea demum  
quæ uel immutanda, uel illustrāda ducebam, seorsum mi-  
hi ac tuo procuratori excerpti. Siquidem ne operam tibi  
strenuam nauasse non uiderer, temere quædam & perpe-  
ram adnotari oportuit: cum alia non occurrerent insigni-  
ora, quo tibi fidem facerem impensi à me laboris. Verum  
ò te felicem, cui olim contigerit Italicam illam doctrinam  
auribus etiā nedū oculis haurire. Id quod cū animaduer-  
to, infelicis sortis meæ reminiscor. Quo fit, ut cū tuus iste  
stilus odore illū redoleat germanæ atq̄ exoticæ doctrinæ:  
in meo uernacula quædam cōpositio, nec castigata me of-  
fendit: quæ ferulam nō resipit: nedum stomacho tuo atq̄

primæ classis hominum satissimacere posse me sperem. Επέδω  
κέ μοι τοὺς δακτυλίους ὁ νεανίσκος ὁ σὸς ἔιθη πιρέτης, εἴτε μαθητὴς  
ἢ τὸ ἀμφότερον. ἀργυρείους αὖτις δέοντας ἔικοσιρ, ἵνα δὲ πρός  
τόποις γράψον, ὃν δὴ τοὺς πλείστους ἡδη τῶν τοῦτον οὐλωρ καὶ σύγχρονον  
θιενδιμάρια γωνιξί. προσδέετε μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἐπρμοσάμεν θεού  
ἢ μηδὲ ἀλεξικάκος εἴναι, καὶ νὴ Δία Συκοφάντα γε δὴ γυματος. τόποι  
τοὺς χίνων δεξάμενος τὰς δεξιότητας δὴ τὰς σαὰ ἀπεδεχόμεν, τοῦτο  
γυνῶντος μεν τὰς φλίας τὰς σκηρέμοι. ἐγγυωμένος δὲ δὴ τὰς ἐμήριτοι  
τόποις τοῦτο δώρῳ, ὥσπερ εἰνι ἐνεχύρῳ, ἐσομένης βεβαίας φῆ πίσεως  
ἐχεγγύω. ἐγὼ μὲν δὴ ταύτας τὰς σωθήκας ἀσμενος ἀμὲ σωθείμενος  
εἰσοι καταθύμιοι εἰσι, εφῶ περ ἡμᾶς εἰς τούπιον ἀλλήλοις οὐλους εἴναι.  
πῶς γε ὅσ γε τάλαι τὰς τοιάτας οὐλίας ἐμνήσκον. ἀλλ' ὅπως  
ἀπεχνῶς τε καὶ ἀγαθῇ πίσθι τὰς δὲ τὴν δομολογίαν ποιήσῃς. ἐπεὶ τοι  
τὰς ἐπισολίδας ἀντὶ τοιγαμματείς τοῦτον γεγενημέ  
νος διαφυλάξω. σὺ δὲ εἰπόλιγώρως διακέփ πρός τὰς οὐλίας ἀσκεῖς  
δεξιῶς καὶ καθηκόντως, οὐδὲ μὲν εἴσων τὸν βαθύτορ τοιγαληματικόν τε  
οὐλορ καὶ οὐλαίνορ, εἰ Σ μὴ δικαιιορ, μὴ δὲ πάνυ δεινὸν εἰπεν ὅπως  
οῶς τάλαιρ οὐλοπρεπῶς τοιαύτου τοιαύτου θραπεύσθε. οὐ γέραστερ διοῦμε  
τοὺς τοιάτους οὐλάς ευνοϊκῶς ἔχει πρός αλλήλας, ἢν μὴ ιδεῖ τὸ νενον  
μισμένορ τὴν οὐλίαν ἀπρέμωσί συχνῶς ἀντεπιστέλλοντες. ἀλλ' ὡς φῆ  
ευηθείας φῆ εμῆς. οὐ γέραστερ ταῦτα γράφωρ, καὶ τοῦτο πέρα φασί εἰς  
πεδίον προκαλλομενοι. οὐ γε λίνακρορ τοιλυμαθῇ, Σ νὴ Δία δείνας  
ρόρ οὐδεις, εἰς ἄκροις παλεμείας φῆ διγλώπους αφιγμένομ, εἰς ἀγῶνας τοι  
τονὶ προξύνω, εμὲ δηθερ τοῦτο μεταθῇ, μάλλον φῆ δρ κακομαθῇ, αυτίκα  
δὴ μάλα δραμίως καταγωνιούμενορ. ἀλλὰ τοι ἀν πάθοιμι. σύνασμενίς  
ζω μεν γέραστερ τῶν σοφῶν επισολάμενοι. χαίρω δὲ ταῦτας ἀντιγράψ  
φωρ, καὶ εἰδῶ πολλῷ τόποις τοιαύτωρ τοιαύτων φῶρ. Εργάσοντες λογιώταπε, οὐδὲ  
διατέλετο τοῖς καλλίσοις εμοὶ οὐλοπρεπῶρ, καὶ προιστάσοις τῶν συγγραμ  
μάτωρ. καὶ μέμνησο φῆ οὐλίας τοῦτο. οὐτως ὅνδιο τοι οὐλοπονκε  
μάτωρ. τοι προλαβόντωρ, καὶ τοῦτο μετά ταῦτα εκδοθησθεμένων σοι.  
Equidem præclare mecum actum esse puto: quod paucorum  
dierum operam, aut horarum potius, tam feliciter oc  
cuparim legendo illo tuo libro, qui iamiam ex officina exi  
citurus est.

turus est magna tua gloria: quē suauius ipsum legisse  
& attētius, nisi inter multarum rerum curas ea mihi pro-  
uincia obuenisset, identidem interpellantes lectionis in-  
tentionisq; tenorem. Iam enim alterum annū multa mi-  
hi negocia domesticæ curæ faceſſunt: ut succiſuos tantū  
dies & dierum etiam ipsorum horas literis impertiam,  
nonnihil utiq; hebescente ingenio crassiorum rerum atq;  
etiam à literis abhorrentium animaduersione. Quæ eo  
mihi grauior est & nocentior, quo insolentior id facio.  
Quippe qui retroacta ætate, quantum per ualetudinem li-  
cuit, nihil penè rei familiaris procurationi dederim: nul-  
lasq; partes patrissimilias, nisi intracubiculū geniale, obi-  
re solitus sim. Vale rursus. Parisijs. VI. Idus Iulias.

THOMAS LINACRVS MEDICVS GV  
lielmo Budæo uiro undecunq; doctissi  
mo, nobilissimoq; S. P. D.



Vm tua in me doctissime Budæe præsertim  
immerentem officia reproto, incertus agor  
gratulandum ne mihi fortunæ meæ magis  
fit, an contra de ea querendum. Ita me ma-  
gnitudine eorum, si recte æstimetur, reddis  
ancipitem. Cum enim uel benignitatem tu-  
am æstimo, qua me primum elegantissimo, doctissimoq;  
opere tuo ultro donasti: uel candorem ac generositatem  
animi, quo laudes meas ( sicuti arbitror omnium soles ) si-  
ne inuidia nutris ac foues: non parum mihi gratulari de-  
bere fortunæ meæ uideor, quæ te talem mihi amicum cō-  
ciliarit. Nam nostras certe laudes quid tu aliud q; nutris  
ac foues: qui quod officere his posset, nihil h̄erere in lucu  
bratiunculis meis sordidum immūdum'ue finis: nec dum  
id efficias, uel temporis ullius iacturæ, uel labori parcis.

d